

brorum. Neque enim minus habuit sapientiae, vel potius non minor fuit sapientia Iesus conceptus, quam natus; parvus, quam magous. Sive ergo latens in utero, sive virginis in praesepio, sive jam grandiusculus interrogans Doctores in Templo, sive jam perfectae aetatis docens in populo, aequè profecto plenus fuit Spiritu sancto.

Lectio V.

NEC fuit hora in quacumque aetate, et suâ, quâ de plenitudine illâ, quam in sui conceptione accepit in utero, vel aliquid minueretur, vel aliquid eidem adjiceretur; sed à principio perfectus, à principio, inquam, plenus fuit spiritu sapientiae et intellectus, spiritu consilij et fortitudinis, spiritu scientiae et pietatis, et spiritu timoris Domini. Nec tē moveat, quod de illo legis in alio loco: Iesus autem proficiebat sapientiam, et aetatem, et gratiam apud Deum, et homines. Nam quod de sapientia, et gratia hic dictum est, non secundum quod erat, sed secundum quod apparebat, intelligendum est: non quia videlicet aliquid ei novum accideret, quod ante non haberet; sed quod accidere videretur, quando volebat ipse ut videretur.

Lectio VI.

TU, homo, cum proficias, non quando, nec quantumvis proficias, sed te nesciente tuus moderari profectus, tua vita disponitur. At vero Puer Iesus qui disponit tuam, ipse disponebat et tuam, et quando volebat, et quibus volebar, sapiens apparebat; quando et quibus volebat, sapientior; quando et quibus volebat sapientissimus. Similiter et cum semper omni gratia plenus fuisset, sive quam apud Deum, sive quam apud homines ha-

bere deberet; pro suo tamen arbitrio eam nunc plus, nunc minus ostentabat, prout cernentium vel meritis congruere, vel saluti expedire sciebat. Constat ergo quia semper Iesus virilem animum habuit, et si semper in corpore vivit non apparuit.

In tertio Nocturno.

Lectio VII.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam. Cap. 3.

IN illo tempore: Ut perfecerunt Parentes Iesu omnia secundum legem Domini, reversi sunt in Galilæam, in civitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat et confortabatur, plenus sapientiam, et gratia Dei erat in illo. Et reliqua.

Homilia Venerabilis Bedæ Praesbyteri.

ET Iesus, inquit, proficiebat scientiam, aetatem et gratiam apud Deum et homines. Naturam veræ humanitatis indicat, in quâ proficeret ad tempus voluit, qui in Divinitate idem est, et anni ejus non deficient. Juxta hominis quippe naturam proficiebat sapientiam non quidem ipse sapientior ex tempore existendo, qui à primâ conceptionis horâ spiritu sapientiae plenus permanebat, sed eamdem quâ plenus erat, sapientiam ceteris ex tempore paulatim demonstrando. Juxta hominis naturam proficiebat aetatem, quia de infantia ad pueritiam, de pueritiam ad juvenitatem, conuento hominibus crescendi ordine pervenit.

Lectio VIII.

JUXTA hominis naturam proficiebat gratiam, non ipse per acciduum temporis accipiendo quod non habebat; sed pandendo donum

gratia quoque cum dictum ciebat sapientiam adjunctum mines: quietate, honestate, que habebat; tantum patris semper agens ipse praecepit: hominibus bona, et gloriam in caelis.

ATQUE hominem proficiebat et ejus sapientiam cognoscere in quantumque, sapientiam in eo cognoscere beneficium a laus, et gratia secunda facta.

Te Deum

De libro A

Le

ET ostendit virtutem, prætullum, præagni. In utramque partem afferens fructus singulos, et folia ligat. Et omne plius; sed erunt, et se videbunt ejus in fructu utramque nota.